Noverint universi. Quod cum Romeus de Solerio prior domus sancte Eulalie de campo Barchinone et Conventus eiusdem, gratis et ex certa sciencia per se et suos successores in eadem domo, cum assensu et etiam auctoritate
Reverendi in Christo patris et domini Poncii dei gratia episcopi Barchinone vendiderunt, absolverunt et diffinierunt Guillelmo Julian de villa Granullariorum, licet absenti, et suis et cui sive quibus voluit, pro
per liberum et franchum alodium, totum ipsum censuale medie quartere et unius quartam tritici boni et pulcri et receptabilis, ad rectam mensuram Granullariorum, et totum dominium et aliud ius, que dicta do
mus habebat et accipiebat et habere et accipere debebat, super quadam pecia terre, tunc vinea, in ea plantata, et vinyalis pertinentiis et terminis suis, quam idem Guillelmus Julian tenebat et possidebat ad
dictum censum et antecessores sui longissimis temporibus habuerant et tenuerant per dictam domum et sub dominio et alodio eiusdem, in vinyero inferiori dicte ville, prout de predictis venditione, absolutione, redditione
et diffinitione plene constat per quoddam publicum instrumentum sub auctoritate ... de plano auctoritate regia notarii publici Barchinone, sexto ydus decembris anno domini millesimo CCC tricesimo tercio. Et pre
textu dicte venditionis, absolutionis, diffinitionis et remissionis dicti Prior et Conventus dicte domus tenentur tradere possessionem corporalem seu quasi de dicto censuali, prout promiserunt dicto Guillelmo in
... et cum ad ipsam possessionem corporalem seu quasi de dicto censuali tradendam dicti Prior et Conventus interesse non possent, procuratorem suum fecerunt et constituerunt Bernardum de Prato
dicte ville, licet absentem tamquam presentem, ut in publico instrumento facto auctoritate dicti notarii ydus decembris anno domini predicto. Die Sabbati qua computabatur sexto ydus ianuarii anno domini predicto, in presentia
Petri de Sorroyeda scriptoris iurati sub Berengario Simonis notario publico Granullariorum, ad hoc vocato et rogato, in presentia etiam Francisci Marii et Petri Cavellarii, testium ad hoc vocatorum et
rogatorum, Bernardus de Prato procurator predictus, volens adimplere quod dicti Prior et Conventus promiserant, tradidit possessionem corporalem vel quasi de predicto censuali dicto Guillelmo Julian, quam signum
possessionis tradidit dicto Guillelmo de predictis plenarie et complete in hunc scilicet modum, quod duxit ipsum Guillelmum ad dictam peciam terre vinea plantatam, et accipiens ipsum per manum introduxit eum
in dictam peciam terre, tradens sibi de terra et vitibus dicte pecie terre, ipso Bernardo de Prato procuratore predicto inde ponte foras exeunte et desinente ... nomine dicte domus quo ad ius alodiale
possidere, et dicto Guillelmo Julian intus remanente et protestante se velle animo et corpore predictam peciam terre per liberum et franchum alodium possidere, dicto iure emphiteotico scilicet titulo dicte sue
emptionis competente. De quibus omnibus dictus Guillelmus Julian mandavit sibi fieri publicum instrumentum per dictum scriptorem, quod est actum ad eius instanciam et rogatum dicta die Sabbati sexto ydus Ia
nuarii anno domini predicto, presente dicto scriptore et presentibus testibus supradictis.

Signum Berengarii Simonis notarii publici Granullariorum, qui hoc scribi fecit cum literis rasis et emendatis in linea viii ubi dicitur tradenda dicti, et clausit die et anno
prefixis.

Romeu Soler, prior de Santa Eulàlia de Camp de Barcelona defineix i posseeixen a Guillem [...], 13/12/1333, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers